

IVLIVS EXVPERANTIVS

- 29 effectus. et cum hac insolentia in omnis communiter baccharetur, cum haberet contiones, a militibus suis occisus est.
- 30 Tum Marius, ne sine socio dominatum sustinere non posset, in locum (V) 31 Cinnæ Carbonem sibi in septimo consulatu collegam subrogavit. tum Sylla tanta indignatione commotus contra Marium atque Carbonem 5 exercitum duxit, et inter se ferali certamine Romani exercitus conflixere: in quo bello superatus est Marius.
- 32 Tum uero Sylla uictor, quidquid in urbe remanserat, crudeliter persecutus est et rem publicam uindicatam non reddidit legibus, sed ipse possedit ac se talem praebuit, ut Cinnana ac Mariana, quam ultum ierat, do- 10
- 33 minatio quaereretur. hinc Sallustius: 'bonis initiis malos euentus habuit'; nam fuerunt bona principia, quod oppressam uoluit ciuium defendere libertatem, mali euentus, quod superatis dominis et ducibus saeuis grauius ipse ciuitatem quassauit, qui se publicae calamitatis fore pro-